



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri  
Raymundi**

**Raimundus <de Pennaforti>**

**Colonie, 4.III. 1502**

**VD16 R 168**

Quomodo sunt collecte concludende

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31223**



bet poni illud relatiuū eiusdem. vt patet in hac collecta. Deus q̄ corda fīz delium. Ibi namq; fit mentio de spiritus sancto. ergo debet sic concludi Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecuz viuūt z regnat in vnitare eiusdem spiritus sancti zc.

**¶** Notādum q̄ vltra illas regulas in littera positas. ponuntur alie regule. Quarū prima est ista. quādo in pncipio collecte fit mentio de patre z in fine de filio z de spiritu sancto. tunc talis collecta debet concludi per eundem quo ad filium. z debet addi eiusdem quo ad spiritus sanctum. vt sic.

**¶** Per eūdem dominum nostrum iesum christum filium tuum. sic q̄ in fine addatur. eiusdem spiritus sancti zc. vt patz ibi. Omnipotens sempiternus deus zc. Secunda regula est. quādo in aliqua collecta fit mentio de filio z de spiritu sancto. tunc talis collecta debet concludi per eundem quo ad filium. z debet addi eiusdem quo ad spiritus sanctum. vñ? Per dominum dicat cum pater p̄el byter orat. Cum christum memorat p̄ eundem dicere debet. Filio si loqueris qui viuīs dicere debes. Qui rectū si sit collecta fra finis in illo. Si spiritus alius eiusdem dicere debes. Alia regula. in quacunq; collecta ponitur illa dictio verbum redemptor vel vnigenitus tunc semper talis collecta debet cōcludi per eundem. z ratio illius est ista. quia illa mentionem faciunt de filio.

**¶** Item notādum q̄ omnes collecte simul concluduntur per illam clausulam. per dominum nostrum. Et ratio est. quia omnis oratio nostra debet fieri in nomine filij ad patrem. vnde in euangelio Joānis decimo sexto dicit dñs. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

**¶** Item notandum. collecta proprie dicitur eo vocabulo. quia antiquitus quādo Romani voluerunt transire cum reliquijs. tunc ipis venientibus super populum collectum talis collecta dicebatur. sicut verba orationum dicebantur. que verba postmodū dicta collecte a populo appellabantur. ideo dicitur collecta. quia ipse sacerdos collegit omnes orationes christi fidelū. z petiuit pro omnibus christifidelibus in fide catholica existentibus. et sic rōne illius petitionis in conclusione dicitur collecta.

**¶** Item ex quo hic fit mentio de collectis dicendis in missa. tunc necessarium est vt sciatur numerus collectarum in diuino officio dicendarum. ne aliquis ex ignorantia huiusmodi numeri in errorem incidat qui summopere in tam summo diuinoq; officio precauendus est. Pro quo sciendum q̄ numerus collectarum in diuino officio misse dicendarum semper debet esse impar sic q̄ nunq̄ dicantur due collecte quattuor vel sex. sed vna vel tres vel quinq; vel septem. vna propter vnitatem ecclie. sed tres propter reuerentiam trinitatis. sed quinq; propter quinq; vulnera iesu christi. et septem propter septem petitiones quas christus docuit. z illum numerus nullus excedere debet ne astantes atredientur. Sed tamen beatus Gregorius facit excepōnem dicens. si in summo festo occurrit aliquod festū. tūc possunt legi due collecte sub vna conclusione. sicut in die Stephani prothomartyris. vbi prima collecta legetur de sancto. secunda de natiuitate christi. similiter in die innocentiū leguntur quattuor collecte. prima de innocentibus. secunda de natiuitate christi. tertia de sancto Joāne. z quarta de sancto Stephano.